



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**  
**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. III. De correptione publica, atque pro concione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

fig. dom. mentis insaniam vocat quod beginæ quædam Alamani- cæ de summa trinitate, ac diuina essentia disputarent, & prædica- rent: easque idcirco damnat. & itidem c. i. in extravag. Ioann. XXII. eod. tit. & demum Ioann. XXII. in c. i. eod. in extravag. commun. begi- nas, quæ, præter cæteras virtutes, curiositatem disputandi, & autho- ritatem seu temeritatem potius prædicandi nullo modo sibi vsur- pant, demum admittit. denique Innoc. III. in c. noua de penit. & re- miss. damnat abbatissas quæ legen- tes euangelium præsumunt publi- cè prædicare, & criminum con- fessiones audire. quia licet, inquit, beatissima virgo dignior & excellentior fuerit apostolis vniuersis, non tamen il- li, sed isti Dominus clauis regni calo- rum commisit. quippe & iure ciuili ob honestatem publicam fami- næ ab omnibus officijs publicis remota fuerunt. l. 2. D. de reg. iur.

Dicitur autem publicè; ne quis existimet superioribus monialium priuatas v. g. in Congregatione capitulari vetari adhortationes ad virtutes, ac reprehensiones vitiorum: quorum in subditis etiam correctio ipsis competit, œcono- mica autoritate: qua pater & mater-famil. liberos & famulitia rudimenta fidei docent; vitia cor- ripiunt; virtutes instillant: qua præceptores discipulos, magistri scholares erudiunt. Syluest. in sum- ma. F. prædicare. alioquin Innoc. III. in Concilio Lateran. etiam priuatim prædicare prohibuit sub pœna excommunicationis, illis qui prohibiti vel non missi fuerint, præter auctoritatem à Sede apo- stolica, vel catholico loci Episco- po susceptam.

Ex quibus liquet temerè præ- sumpsisse L. superiorem beginæ- rum in ecclesia, in Sede, ianuis apertis, neutrius sexus personis exclusis, multis non suis præsen- tibus, ex libro tam impresso, quam manuscripto, scedis & compo-

sitione propria, atque etiam me- moriter dixisse: excessa vtrique forma priuata suarum commori- tionis: & propterea ad terminos accessisse beginarum in d. Clem. 1. damnatarum. præsertim cum nec in pulpito liceat legere, nisi ijs, qui ab episcopo lectores sunt ordinati. c. non liceat, d. 92.

RESPONSVM, III.

De correptione publica, at- que pro concione.

Conuenitur parochus iniu- riarum, atque ad palinodiam; quod pro concione dixerit adesse quosdam, qui iurauerint iura ec- clesiæ, viduarum, pupillarum de- fendere, qui ipsi bona ecclesiæ in- uadant: alios, qui etsi ex iuramen- to teneantur obistere: tamen to- lerent. vt, etsi neminem nomine tenus expresserit, nemo tamen nesciret agi de Burgimagistro: quo- cū quæstio erat de finibus agri il- lius, & ecclesiæ; & sepe transplan- tata, vt cõtenit parochus, in fun- dū ecclesiæ: & scabinos designari, qui debuerint impedire motū ter- minorum, seu curare restitui illos in pristinum locum. Respondit parochus non intendisse se in aliu- dicere, quam in Burgimagistrum: eumque pluries à se mōnitum esse, nec emendatum: publicè pec- casse; eoque peccatores publicos publicè esse corripiendos; adeo- que pro concione fecisse id Chri- stum Math. c. 2. ad fin. & c. 23. & facere debuisse ostendere D. Tho- mam 3. part. 9. 42. art. 20. fecisse & Ioannem Baptistam: Marci c. 6. Chrysostomum Eudoxiam mo- nuisse, ob ademptum Calitropæ agrum: & Stanislaum Boleslai no- tam libidinem publicè arguisse: se itidem ex officio fecisse; non ini- iuriandi animo.

Monet sanè Apostolus 1. Tim. c. 2. publicè peccates palam esse cor- ripiendos. & D. Augustinus, corri- pienda

3. Quamvis abbatissis.

4. Non tamè priuatam inter suos monitione facite.

1. An paros cho per- missat

2. An paros cho per- missat

2. Publica peccata palam cor- ripienda.

pienda sunt, inquit, coram omnibus, quae peccantur coram omnibus; ipsa vero corripienda sunt secretius, quae peccantur secretius, c. si peccauerit, vers. ergo. 2. q. 1. Unde ira Dei prouocari dicitur, cum praedicator delinquentes palpat, non corripit; & sacerdotalis veritatis immemor, non vult complere, quod scriptum est; peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. c. sed istud, dist. 45. quare & in c. 1. X. de pen. & remiss. manifesta, inquit, Alexander peccata non sunt occulta correctione purganda. quibus inhaerens Concil. Trid. s. 24. c. 8. publicè peccanti condignam pro modo culpae penitentiam publicè vult iniungi: vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suae emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. specialiter tamen permittit Episcopo, vt hoc publicae penitentiae genus in aliud secretum possit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire.

3.  
Confessarius an  
publicam  
penitentiam  
imponere  
possit?

Quamuis autem illum Concilij locum rectè Nauarrus in *Man. c. 8. n. 10.* censuit non spectare ad poenitentias sacramentales, neque agere de confessarijs, qui inuitis etiam pro publicis delictis non possint imponere poenitentiam publicam; idque late probat in *Comment. ad cap. sacerdos, de pen. dist. 6. n. 86. & multis seqq.* sed intelligendum illud esse in foro mixto exteriori, non vero interiori: eoque compellari ibidem Episcopos, non confessarios: quoniam tamen Concilium *ibid.* subiungit de instituendis poenitentarijs, per causam continentiam non videntur excludi omnino confessarij, vt consentientibus, prudenterque persuasus publicam possint imponere poenitentiam, vt *Nauarr. d. n. 19. & 98. & 100. in dictis locis,* vel extra confessionem in inuitos, vt procedit c. in capite quadrages. dist. 50. *ibi,* inquit, adesse debent decani, id est Archipresbyteri parochorum, & presbyter poenitentium, qui eorumdem

conuersationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpa poenitentiam per praefatos gradus tringere. vide *Canones poenitentiales, & Augustinum hom. vii. lib. 50. homil. nam & parochis quadantenus externa iurisdictione tributa est, c. com ecclesiarum. X. de off. ordin. vid. Cucchum in Inst. maior. de presbytero paroch. n. 11. & seqq.*

Tamen rethè D. Pauli locus de praedicatoribus accipitur: vt in peccata publica publicè inuehantur, ex eo quidem zelo, cui non desit prudentia: nec alia pallo misceri videatur: sed appareat odio tantum peccati, nullatenus autem peccatoris sermonem infitui: malos mores argui, bonos tueri, virtutes praedicari, vicia reprehendi, vt exigit Concilium *Trid. s. 5. c. 2. s. 24. c. 3. 4. 7. & 8.* quamuis aliqui pungantur, qui malle deberent veriores, quam disertiores audire sermones; c. sedulo, dist. 38. eoque infestent Doctores; non tamè hi propterea debent à recta emulatione, & bona intentione recedere: scientes quia beati, qui persecutionem patuntur propter iustitiam, c. firmus, dist. 43.

Enimvero praedictorem, parochumque publicè peccantes redarguentem, prudenter & circumspèctè verlari oportet, arg. c. 3. s. 6. *Conc. Trid.* quamuis enim officij ratio & disciplinae causa quem excuset, vt iniuriarum non teneatur: l. item queritur. §. Iulianus. D. locati, praesertim dum rei publicae interest delicta corrigi: l. 33. D. de iniur. ubi glossa in verb. contumelia plures citat, & speciatim l. 13. §. que iure. D. de iniur. que iure, inquit, praesertim à magistratu sunt, ad iniuriarum actionem non pertinent: tamen si quid magistratus per iniuriam fecerit, vel quasi priuatus, vel fiducia magistratus, iniuriarum potest conueniri. l. nec magistratibus. D. de iniur. ad eod. & qui disciplinam voluit exercere, de excessu punitur. l. 7. D. ad leg. Aquil.

*Aquil. l. 7. §. 1. Et tot. iij. D. eod. ad legem Aquil. Quomodo Nauarra de restitut. lib. 2. c. 4. n. 64. Et seqq. tradit. quando correptioni admiscetur ira, & despectus in proferendo, si graue est quod profertur, ex verbis, & despectu proximus notabiliter contristetur, & iniuste; rard excusari a mortali. ex D. Thoma, Nauarra, Caietano. si quis iratus, inquit Fabianus, crimen aliquod cuiuslibet temere obiecit, conuictum non est pro accusatio- ne habendum. c. si quis. 2. q. 3. omnis, inquit Cicero, animaduerso & castigatio contumelia vacare debet. & multo maximè dum superiores alicuius crimen corripiunt, si non in illud ipsum crimen dicant, sed aliud impreterant, conuictiari ea- tenus censentur. Nauarra ibid. n. 67. cum enim, inquit, de eo vitio non agatur, eo tempore, iam non ut iudex, sed ut priuata alia persona debonestat subditum in eo, in quo non est subditus, nec eius foro subiectus.*

Quare clem. 1. §. 1. de priuil. proponit maledictionem eternam ijs, qui prælati detrahunt in concione. & Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 1. decret. incip. superme. eosdem excommunicat. & S. Carolus Borromæus p. 1. Instruct. pastor. c. 11. monuit ne concionatores magistratus ciuiles obiurgent, aut asperius insectentur. idem statuerat Concilium Colo- niense an. 1539. art. 16. Vitanda, in- quit, est manifesta reprehensio vtrius- que potestatis, tam ecclesiastica quam ciuilis. Dijs non detrahes, & Principi- bus populi tui non maledices. Exod. c. 22. & Nauarra. in Man. c. 25. n. 42. cauendum tradit concionatori- bus, ne in aliquem nominatim dicant. nominatim autem in aliquè dici etiam intelligitur, quando ita quis describitur, vt facile dictum de eo intelligatur. §. nominatim. Infr. de exheredat. lib. 1.

Ad eum modum vt in aliquem dicatur, rectè doctores exigunt, vt peccator sit publicus; & scandalo-

sus. Haræus ad D. Pauli locum ex Theophyl. peccantes coram omnibus argue, hoc est perseverantes in peccato, & quos inquirendo deliquisse inue- neris, argue seuerè: quomodo igitur Dominus, si peccauerit in te frater tuus, corripit eum inter te & ipsam solum? at- qui & illum in peccatis perseverantem permittit publicè argui. imò & gene- ratim offenditur, si is, qui ab omnibus peccass. cognoscitur, non arguitur. sic Theophyl.

Sic & Chrysoftomus ad Apo- stoli. locum vt temerè, inquit, & in- discusse iudicare perniciosum est, ita manifesta peccata non prosequi viam aperit ad audenda facinora. argue, in- quit, non utcumque; sed seuerè: ita enim & alij metuent.

Seuerè ergo reprehendendi sunt publicè, qui pluries priuatim moniti, emendare se nolunt. quasi incorrigibiles demum, si tamen sic speretur emendatio. Homobonus de Bonis tract. 15. c. 2. q. 2. v. 4. de exam. eccl. vt de Cretenfibus Pau- lus ad Titum c. 1. increpa illos durè, vt sani sint in fide. & Isaias c. 58. clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam: & annuncia populo scelera eorum.

Sed & oportet vt sit & certa veritas, & publica. nam si aliqua tergiuersatione celari possit ini- quitas, de ea cognoscendum & decidendum est, antequam pu- blicè vel iudex quidquam statuatur, vel concionator debacchetur. c. no- uis. X. de iud. ad fin. in verb. cognos- cant vtrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram ecclesia Rex Anglorum, vel eius (Regis Francorum) exceptio sit legitima, quam contra eum per suas nobis literas duxit exprimendam. sic etiam in de- nuntiatione aduersus matrimo- nium de exceptionibus & causa cognoscitur. c. ad dissoluendum X. de despons. impub. neque ante sen- tentiam abstinendum est ab eo, quem reū putamus. 22. tot. q. 3. vi- de Augustin. d. c. si peccauerit. Et seqq. Et homil. ult. l. 50. hom. vbi ait ec- clesiam neminem excommunica-

6. Ex zelo, nō admixto alio affe- ctu.

7. Alioquin potius sub- iacet.

8. Peccator vt publicus sit & scan- dalosus & incorrigi- bilis re- quiritur.

9. Corruptio seuera sit.

10. Præsertim in pluries correptis. non corre- ptis.

11. Certa sit delicti ve- ritas.

re, nisi sponte confessum aut in iudicio conuictam: & sermonem instituit de publicis correptionibus. adeo, ut quantisper quis negat peccasse, rem alienam inuadere, ut in d.c. nouit, & paratum se offert subire iudiciū ecclesie, mandatum, ac iudicis sententiā sequi, nondum locus esse videatur prædicationi, & correptioni publicæ, quia nondū certū est publicè peccatū, dum adhuc sub Iudice lis est.

At scandalum existimant sequi Quidam, ex huiusmodi publica prædicatione; sed dicendum est, suppositā certā veritate delicti, & per illud scandalo, & solo in concionatore zelo, eoque prudente, & circūspecto; exemplū Christi solutione adferre. *Matth. 15*, vbi discipuli dixerunt Christo; *scis quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt?* & ille respondet, *finite illos, cæci sumus, & duces cecorum nonne, inquit Chryostomus loco mox relato, maius scandalum facit corā omnibus argnere, minime id quidem; magis enim scandalizantur, si peccata non ignorantes nullum inferri videant cruciatum.*

Videbitur etiam hæc publica concionatoris reprehensio esse contra praxim hodiernam; neque hæc tempora ferre veterum canonum, & antiquæ disciplinæ medicamenta: sed *E. Carol. Borom. in Orat. Concil. prouinc. 6.* imo vero *ardentius, inquit, progrediamur, quoniam hæc vna medicina præstantissima est, maximeque oportuna ad remedium, ut quibus olim rationibus disciplina christiana sata, & propagata fuit, ipsædem ipsis & instaureretur, & conseruetur.*

Nihilominus hodie concionatoribus magis publicæ correptionis ansa ablata est, dum, magis quam initio ecclesie, liberè & palam iudicia ecclesiastica exercentur: ut sic inquisita per Iudices statuta sunt Synodalia, ut parochi si quos habeant in suis parochijs publicos peccatores, eos deferant,

ut à Iudicibus ecclesiasticis corrigantur lite instructa; ad sententiā; & poenas oportunas perueniant. *In corripendis magistratibus, inquit d. Concil. Col. ar. 17. correptioni quoque fraternæ l. cus est, quem admodum Ioannes reprehendit Herodem: dicebat enim Herodi, non populo, Nō licet tibi habere uxorem fratris tui, quod si nihil promoueas; postulanda, & expectanda promissio Prælatorum, ac maiorum magistratum est, qui si desimulent, etiam consulum magis, et contra remittatur ad Deum; quam ut tantum scandalum inde deterius subsequatur.* adeo ut si quis eo præscripto omisso sine insolita causa pro concione debacchatus fuerit, nullum argumentum præbeat zeli saltem indiscreti, si non animi iniuriandi, in nondum evidentiibus delictis. *ex d. c. nouit. l. de ind. & facilius teneatur probare abesse animum conuiciandi, arg. legis si non conuicij. C. de iniur. vide Numeram d. c. 4. disp. 7. n. 95. & seqq.*

Id quidem verum est, eum qui in officio, dignitate, functione publica est, non præsumi iniuriarum, sed functionis causa quid dicere, vel facere. *ut late diximus etiam in parochia in Consult. can. de iniur. consult. 2.* præsertim in fuggestu (quia est cathedra veritatis, non locus iniuriarum) sed in dubio: at verò si excessus deprehendatur, si nulla officij necessitas, oportunitasque, nec aliæ iustæ causæ exegerint; abesse conuiciandi animum probare debet. *d. l. si non conuicijs. diximus ibid. consult. 1.*

Itaque parochus noster officij limites excessit, qui in prædicatione exigunt, ne qua scandala seminet. *Conc. Trid. s. 5. c. 2.* neque dicat, quod tendere posset ad offendiculum aut ruinam. excessit in eo, quod modum corripiendi non seruauerit. quippe neque certum crimen est, neque notorium illius, in quem inuectus fuit. contenditur siquidem super limitibus, & adhuc

12.  
Iniquit  
obiecto  
scandali.

13.  
Inuitatæ  
praxis.

14.  
Modo adfit  
grauis &  
infolita  
causa.

adhuc sub Iudice lis est, vter suos in agrum vicinum protenderit. & quamvis parochus quidam iurifconsulti responderint, vicinum inuasisse limites, partemue agri ecclesiæ; non tamen illorum responsum rem facit iudicatam, aut certam; minus notoriam. cum & actor Iurisperitorum pro se habeat responsa. & plerique testium asseruerint se nescire à cuius parte flet iustitia. aliter se habebat correptio Ioannis Chrysofomi, cum certò constaret, & palam, Callitropæ agrum esse, quem ademerat Eudoxia.

Accedit quod Episcopus de dissensione & controuersia informari voluerit per Archipresbyterum, qui visitato agro cum agrimento, & pluribus testibus vtriusque subministratis, iudicauerit apparentius ius esse aduersus ecclesiam, eoque Episcopus componi negotium voluerit: si autem certum & manifestum erat delictum Actoris; debuit iubere publicè illum corripi potius, quam rem componi. nisi per hoc etiam iudicauerit hoc in casu non expedire publicam correctionem; sed vertendam illam esse in priuatam monitionem. quod Episcoporum iudicio committit Conc. *Trid. d. e. 8. s. 24.* & Concilium prouinciale Mechlin. *1. de sacram. c. 6.* compellat Episcopos, non parochos; vt in notoriis delictis publicam poenitentiam in usum reuocent. vt omitamus exilitatem rei, quæ vix ascendat ad tres florenos, & peperit quàm maximas turbas. vt ad Dei honorem non profecerit huiusmodi publica correptio; quod requirit vbi supra Homobonus; neque satis sit delatum Superiori seu ecclesiæ, quæ potius elucet in Episcopo, quàm parochus. præsertim cum illius ipsius cum correpto est controuersia, et si de bonis ecclesiæ.

Quod si autem requisita certi, publici, & scandalosi delicti defi-

ciant in principali quæstione, quæ tangit Burgi magistrum; multò magis deficiunt in scabinis correptis de tolerantia delicti, quod ex iuramento deberent impedire. quippe & coram illis lis adhuc pendebat; multò minus probatum est illos certiores fuisse reditos; minus quasi de publico & scandaloso, lite nondum integrè instructa. imò potius contra, cum viderent Archipresbyterum magis sentire pro actore; & Episcopum compositionem suaderè. ideoque quàm primum respondit parochus se non intendisse in scabinos dicere; sed alluisse ad modum dicendi S. Pauli, qui ad Corinthios *ep. 1. c. 5.* de incestuoso eos reprehendit, his verbis; *vos non magis laudum habuistis, vt tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* sed interest; nam incestuosi crimen & certum, & publicum, & scandalosum erat; publicè ducta vxore patris; quod nec facerent gentes; quod excusationem nullam habebat. hic delicti certitudo non est; minus publica, quamvis factum non sit in occulto; sed iustitia, vel iniustitia facti.

Excessit ergo parochus. Concilium *Trid.* quidem *s. 5. c. 2.* rectè iubet vt Episcopi curent, ne quis *16. Prædicatores defendendi à calumnia.* prædicator vel ex falsis informationibus, vel aliis calumniose vexetur. ideoque quamuis hic deprehensus est excessus parochi: cum tamen & in aduersarijs quoad modum institutæ actionis, & multiplicandos sumptus, etiam est aliqua vexatio: si non calumnia: illa etiam est punienda. *l. vlt. s. 1. c. de appell.*

De modo igitur satisfactionis videamus. clericus maledicus cogitur ad postulandam veniam. *17. Si tamen excesserint, quomodo corripendi?* clericus. *dist. 46.* & vt non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum; ita neque crimen infamationis. *Anchoran. in reg. peccatum de reg. iur. in 6.* quia raptoribus deteriores sunt detractores: & damnum famæ maius, quàm bonorum.

rum. c. deteriores. c. summa. 6. q. 1. l. lul. D. si quis omiff. caus. rest. l. infamia C. de decret. lib. 10. si ergo falsum crimen fuit obiectum, vix est vane palinodia fieri possit restitutio. ideoque vsu vbique frequentissimo, & etiam Ordinatione Caroli V. in Imperio recepta est actio reclamatoria; seu qua petitur reuocatio iniuriæ. *Mysing. ad § in summa. Inst. de iniur. & cent. 2. obs. 98.* quæ etsi iure ciuili non adeo sit expressa; canonico tamen videtur agnita. *in c. quidam maligni. in verb. sin autem potuerit docere qua dixit, vel certe sciens se non posse, qua scripsit ostendere, errorem suum fuerit aperte confessus. 5. q. 1. & quamquam Marcus Anton. Genuen. in Prax. Neapol. c. 30.* neget nobiliores, & clericos teneri ad palinodiam, aut petendam veniam in publico; sed dumtaxat in cubiculo seu tribunali iudicis ecclesiastici, & de superioribus Nauarra *ubi sup. dub. 6. n. 96. & seqq. & citati* negant prelatum à subdito veniam petere, genu flectere, &c. & parochus respectu incolarum suo modo sit superior: tamen si falsum sit crimen ab eo obiectum, sine reuocatione vix est vt possit satisfacere; & ad reuocationem non dampnari: sed in modo distinguendum est.

18.  
Si falsum  
dixerint,  
omnino  
palinodiã.

Itaque quæ pro concione dixit, pro concione reuocanda sunt: verbis quidem ita honestè conceptis, vt & innocentia non maneat læsa; & dignitas parochi quæ minimè deteratur. nam publicè facta iniuria publicè reparanda est. *d. c. si peccauerit. Nauarra ubi sup. n. 90. ex Siluest. ad exemplum D. Pauli Act. 16. casus nos, inquit, publicè miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt: non ita; sed veniant, & ipsi nos eijciant.*

Sic & in c. inter. X. de purgat. can. qui publica conuersatione cum hæreticis scandalum dederat, pro concione hæreses detestari iustus est. quare hic offensio per concio-

nem facta per eandem reparanda esse videtur; modo quo diximus: vexatio autem per multiplicatos inutiliter sumptus; compensatione aliqua expensarum refarcienda.

Clausulam salutarem Iudex primæ instantiæ adiecerat, ne per palinodiam in suo confessorio seu pro concione faciendam induceretur infamia: questus est parochus de infami palinodia: modoque & clausulam porro adui contrariam, & inefficacem, & extra iudicis potestatem esse contendit: sed communiter receptum est pro cautela, vt præseruare famam Iudex in sententia possit. *Wesemb. in Paratit. D. de his qui not. infam. n. 9. ad fin. post Bart. Bald. arg. l. 17. §. pena. D. eod. iusta tamen ex causa, non regulariter. vt in l. non potest. D. de furt. non potest quidem Iudex efficere, ne furti damnatum sequatur infamia. l. ordin. 15. D. ad municip. neque tamè restituere. latè Panorm. in c. cum. 23. X. de re iud. nam & in integrum restituitur aduersus legem non potest: sed in damnando potestatem habet. l. §. pena. d. l. Ordine. at iusta ex causa. sed an exprimenda in sententia? ait Wesenbec. arg. c. scilicet. X. de re iud. & ibi DD. sed locus iste potius contrariatur, vt non debeat. Sola etiam palinodia si naturæ non parit infamiam, quia non tam poena est, quàm debitum: & sine dolo, sed imprudenter, ac citra iniuriandi animum dicta esse aliqua possunt, quæ tamen reuocanda sint. *Malder. de iuris. tract. 7. c. 2.* vt etsi quis iniuriarum dampnari non possit; possit tamen pro refarciendo damno ad palinodiã. ynde & titulus iuris canonici X. de iniuriis, habet annexionem, & de damno dato. sed & id in sententia exprimi oportet: vt nec verba illius, nec reuocandi modus infament.*